

QVINTILIANI
MANDOSIP
ADVOCATI ROMANI
GLOSSA FACVLTATVM
Regentis in locum Auditoris
Cameræ suffecti,

Quæ interpretationi Iurium cum Imperialium,
tum Pontificiorum, valde confert.

Cum Indice rerum, ac verborum omnium notatum
dignorum, locupletissimo.

C V M P R I V I L E G I O .



Venetij, apud Franciscum Franciscum, Senensem. M D LXXVI.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



ILLVST. ET REVERENDISS.

D. D. IO. BAPTISTAE CASTANEO
ARCHIEPISCOPO ROSSANEN.

QVINTILIANVS MANDOSIVS.

DVM, Religiosissime Præful, Venetiis recuperandæ præsertim traletudinis causa commoror, & quam iam penè, Deo & huius cœli fœlicitate fauentibus, recuperauis; plures ad me clientes confluunt rogantes, quin & compellentes me corum patrocinium suscipere, cogor (nirusticus, & ociosus uideri uelim) pro illis aduocationis munere fungi, in diesque apud amplissimum Tribunal tuum adesse, nunc coram te, nunc coram tuo prudentissimo, & iustissimo Auditore D. Syluio Galasso, pro discutiendis & disputandis causis interesse. Et quia plura dubia, super quibus tractatum hactenus fuit, & in futurum (ut puto) tractabitur; ex positis, & cumulatis in hoc meo libello, quem aliàs super Iurisdictione, ac Facultati-

a 2 bus



QVINTILIANI MANDOSII

ADVOCATI ROMANI

GLOSSA FACULTATVM

Regentis in locum Auditoris Cameræ suffecti.

SUPERSCRIPTIO.

PAULVS. Hie est Paulus III. à Deo mis-
sus, ut instar alterius
Pauli Vas electionis
elet, & ecclesiae Dei magnus regedi-
ficator, qui in Euangeliō & in vi-
nea Domini toto suè uitè cursu eni-
xè laboraret: qui aurum, & argen-
tum non concopi- **Paulus**^a
sceret: qui Christi
uestigia sequens uendentes, & e-
mentes columbas a templis ejice-
ret, ac mensas nummulariorum
euerteret: qui hæreses omnes ex-
tirparet: orbem hunc virtutibus,
& uera religione ornarer, ac luci-
dum redderer. Hic est Sacerdos ma-
ximus, summus Pontifex, succe-
sor Principis Apostolorum, Guber-
natu Noe, Patriarchatu Abraam,
Authoritate Moses, Iudicatu Sa-
muel, Potestate Petrus. Hic est
Christianorum Dux, Pastor uni-
uersi, Pater patrum, Sapientum ma-
gister, Oppressorum refugium, Mi-
serorum spes, Malorum metus, Bo-

norum gloria, Potentum uirga, Ti-
rannorum malleus, Lux Regum,
Moderator legum, Salteræ, Mun-
di arbiter. Hic primum notandum
est, q̄ in litteris Pontificijs nunquā
fit inscriptio sub nomine proprio,
prout apud Albe. de Rosa. super
proceffor. uoluit Feli. in c. 2. ante
numer. 18. uers. & dicit Abb. de
rescr. sequitur Rebuff. super cōcor.
in for. manda. aposto. in uer. Leo.
uers. nota tamen quòd si Papa. No
tandum est etiam, quòd Papa scri-
bens alijs nomen suum p̄ponit
hoc modo, *Paulus Episcopus*, &c.
Et hoc iux. tempora moderna: In
primitiua uero ecclesia quādoque
nomen suum postponebat, ut vide
re est in inscriptione l. inter claras.
C. de sacro. eccl. in c. dilectissimis
fratribus, 12. q. 1. Et iuxta illa
tempora Imperator nomen suum
p̄mittebat scribens Papę, ut in c.
uictor. 97. distin. & per Archidi. Ge-
mini. Fran. & alios in proce. lib. vj.
in uer. Bonifacius. Itē noto, quòd

A alias